cucullas. tria paria caligarum. paria pedulium iiii^or. pelles.
capitium. subtalares nocturnos et diurnos. Sagimine quoque ad ungen-
dum. lumbaria duo. cingulum. Omnia cetera de canabina et grossa. Et quicquid prorsus
ad lectum vestitumve pertinet, cum grossitudinis coloris ne sit non
curabitur sed erit vel prelatus. Liceat tamen prioribus [illegible] et aliis ex-
terminos exeuntibus vestes habere aliquantulum meliores
et pro necessitate leviores quam habent hii qui domi
resident. In quibus precatur in aliis omnibus curiositas et decoratio devi-
tetur. Cum enim ad omnes monachos tum maxime ad nos humilitate attracti-
onem quoque pannorum et omnium quibus utimur vilitatem paupertatem
et abiectionem certum est pertinere. Habet etiam celle habitator acus duas
filum. forfices. pectinem. novaculam ad caput. cotem vel calamum
et corrigiam ad acuendum. Ad scribendum vero scriptorium. pennas. cre-
tam. pumices duos. cornua duo. scalpellum unum. ad radenda per-
gamena novaculas sive rasoria duo. punctorium unum. subulam
unam. plumbum. regulam. postem ad regulandum. tabulas. graphium.
Quod si frater alterius artis fuerit quod apud nos raro valde contingit.
Omnes enim pene quos suscipimus si fieri potest scribere docemus. habet
arti sue instrumenta convenientia. Accipit etiam libros ad legendum
de armario duos. Quibus omnem diligentiam curamque prebere
monetur ne fumo vel pulvere vel alia qualibet sorde maculentur.
Libros quippe tamquam sempiternum animarum nostrarum cibum cautissime custo-
diri et studiosissime volumus fieri. ut quod ore non possumus dei
verbum manibus predicemus. Quot enim libros scribimus tot nobis veritatis
precones facere videmur. sperantes a domino mercedem pro omnibus qui per eos
vel ab errore correcti fuerint vel in catholica veritate profecerint.
Pro curtis etiam quod vel de suis partibus et vicarius compuncti vel ad de-
fectum fuerint parte celerarius accepit. Et dantur ei olle due. scu-
telle due. tertia ad panem vel potius mantile. Quarta grandiuscula
est ad faciendas munditias. coclearia duo. cutellus ad panem
iusta. cyphus. vas aquarium. salaria. patella. manutergium.